

Werk

Titel: Dissertatio Inauguralis, De Sacri Romano-Germanici Imperii Matricula

Autor: Mauritius, Ericus; Wernberger, Johannes

Verlag: Reumannus

Ort: Kiloni[!]i

Jahr: 1667

Kollektion: VD17-Mainstream

Gattung: Dissertation;jur.

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN752286307

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN752286307>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=752286307>

LOG Id: LOG_0002

LOG Titel: Widmung

LOG Typ: dedication

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

ILLVSTRIBVS
LIBERÆ. SACRI. ROMANI. IMPERII. REIPUBLICÆ
NORIMBERGENSIS

PRO CERIBUS

UIRIS

GENEROSIS. MAGNIFICIS. PRÆSTRENVIS
PRUDENTISSIMIS

DOMINIS. DUUMVIRIS

DOMINIS. SEPTEMVIRIS

DOMINIS. CONSULIBUS

DOMINIS. SCABINIS

PATRIBVS. PATRIÆ. MEÆ. SINGVLARI. RE-
RUM. GERENDARVM. PRVDENTIA. EMINEN-
TISSIMIS. MERITISSIMIS.


MVSARVM. NVTRITIIS

BENIGNISSIMIS

SALVTIS. PVBLICÆ. VINDICIBVS. VIGILAN-
TISSIMIS

DOMINIS. PATRONIS. EVERGE-
TIS. AC. PROMOTORIBVS. MEIS. DEBITO
OBSERVANTIAE. ATQUE. SUBJECTIONIS. CULTU
ÆTERNUM. DEVENERANDIS

SALVTEM. ET. FELICITATEM. SVB. FELI-
CISSIMUM. NOVI. HUJUS. ANNI. AUSPICUM. A. DEO. SALU-
TIS. NOSTRÆ. FONTE
PERPETUAM!



Hil mihi unquam magis
in votis fuit, Illustres Patriæ
Patres, quām ut rationem satis
commodam indagarem, quā hu-
millimæ Vobis mentis meæ
subjectionem testari, simulq; me
quām commendatissimum facere
liceret. Et ecce occasionem in studiis meis quæsivi
& inveni. Neque enim (ceu non minus eleganter
quām prudenter Plinius inquit l. 6. Epist. 23.) cuique
tam præclarum statim ingenium est ut emergere possit,
nisi materia illi, occasio, fautor etiam commendatorq;
contingat. Hæc dum penitus mecum considerabam,
non erat amplius, cur Generosis ac Maximè
Strenuis Nominibus Vestris Academicum
ingenii mei fortum ultimum, tanquam debitæ Obser-
vantia, Reverentia & Pietatis meæ candidissimum pi-
gnus inscribere & consecrare ambigerem, atque adeò

EPISTOLA

tam studia mea commendarem, quām animum de-
votissimum ac obsequentissimum, pro eo ac debeo,
Vobis offerrem. At verò ab instituto deterrere me
quidem poterant gravissimæ **Vestræ** de Republica
gerenda cogitationes, quas interpellare religio mihi
est. Accedit huc summus **Magnificæ Authoritatis** **Vestræ** splendor, quem integrō potius pa-
negyricō magis magisq; non dicam illustrare, sed ad-
umbrare, quām leviusculis his pagellis Splendidissi-
mis **Nominibus** **Vestrīs** lucem subtrahere, æ-
quum esset. Sed hæc & alia mihi cogitanti statim
succurrit Maximus **Vester** in literas hominesq; lite-
ratos amor, & effusa erga omnes bonitas ac benevo-
lentia. Hæc namque non Viris tantum de Repu-
blica literaria optimè meritis, sed tenuioribus etiam il-
lius Civibus hac tenus patuit, utpote quam, vel me ta-
cente, insignes **Vestræ Scholæ**, Gymnasium o-
ptimè constitutum, ac longè celeberrima denique **Academia** Altdorphina loquantur, & nunquam satis
laudibus illam condignis extollere poterunt. Quid
dicam de singulari **Vestra Humanitate & Pruden-**
tia penè incomparabili, quā DEI beneficio ut co-
pio-

DEDICATORIA

piosam, ita effrenatissimam plebem intra modestiæ ac obsequii cancellos non sine summa admiratione æquè belli ac pacis tempore continuistis. Sanè ea quoque est vel apud Exteros (ut proprium Civium Vestrorum testimonium taceam) Virtutum harum fama & reverentia, ut eorum nullus, cui felicissimi Regiminis Vestri levis saltē notitia est, deprædicare eas sit contentus, sed in cœlum usque efferre studeat. His igitur præfidiis valdè quām firmiter munitus, ad pedes Vestros, Mœcenates Optimi Maximi, præsentes has paginas dissertationis loco Inauguralis in lucem à me editas humillimè depono. Munus quidem hoc, quod offero, non pretio tantùm sed & mole exiguum esse fateor. Verūm cum argumentum inspicio ejus generis, quod non juris antiqui alicujus tricas, & ab usu fori nostrilongè remota redollet, sed maximam nostrâ præcipue ætate præ se fert utilitatem, non dubitare audeo, quin eā Vos, Domini Faventissimi, illud excepturi sitis comitate, quā literas & studiosos literarum benignissimè foveatis. Patimini ergò levidensibus his chartis, Augusta Vestra Nomina æternūm mihi de-

EPISTOLA DEDICATORIA.

veneranda præscribi, easq; à deditissimo Vestro
subdito in Debitæ Observantiæ ac pietatis signum pu-
blicum placidâ ac serenâ fronte accipite, meque & stu-
dia mea in omne posterum tempus quām commenda-
tissima habete. Quod ipsum maximô à Vobis oro
rogoq; opere, Deum T. O. M. ardentibus votis sup-
plex invocans, ut Ecclesiæ, literarum & totius ejusque
florentissimæ Reipublicæ bono, sicut huc usque, ita &
imposterum per innumeratas annorum vices constan-
tem Vobis largiatur fortunam, vitam inoffensam
& Regimen felicissimum.

*Scrib. Kilonii ipsiſ Calend. Januar. Anno Era
Christianæ c̄l Ic LXVII,*

U.U. G.G.M.M, Str, Str, Pr,Pr.

Subiectissimus Cliens

JOHANNES Bernberger.